

PETRI ANDREÆ  
**CANONHERII**  
**PATRITII ROMANI**  
PHILOSOPHIÆ MEDICINÆ

AC SACRÆ  
THEOLOGIÆ DOCTORIS

*In septem Aphorismorum Hippocratis libros, Medica,  
Politica, Morales, ac Theologica Interpretationes.*

AD CLARISSIMVM VIRVM  
THOMAM LOPEZ VLLOA.



ANTVERPIÆ  
Apud PETRVM & IOANNEM Belleros  
cic. Icc. XVII.

CLARISSIMO  
ORNATISSIMO QVE VIRO  
THOMAE LOPEZ  
VLLOA  
PETRVS ANDREAS  
CANONHERIVS  
S. P. D.



vnc qualem cunque partum,  
clarissime Thoma, inclito no-  
mini tuo dedicare, ac consecra-  
re debo; quia eius in lucem  
edendi studium ac cogitatio-  
nem mihi primus iniecisti.  
Nam cum quadam prudenti  
admiratione afficereris, quod in tanta Illustrium  
ingeniorum fœcunditate ac præstantia, nemo me-  
dica præcepta in Politica transformauerit, & om-  
nes de Rep. litteraria benemeriti, orbis vrbiumque  
hygeiam inertis socordia neglexerint, ad hoc stu-  
dium necessarium quidem, sed meis viribus impar,  
suscipiendum me semper tantopere cohortabar;  
operae præcium facturum existimans, si ego om-  
nium oculis Hippocratem Politicum subiicerem,  
quod hactenus nemo litteratorum fecit. Quam-  
obrem

mei imbecillitati humaniter succurrent. At vero  
si vitilitigatores in existimatione meam debaccha-  
ti fuerint, hosque meos labores ob publicum bo-  
num suscepitos conuulserint, eorum iniuriam, om-  
nibus scriptoribus communem egregia animi vo-  
luntate subiero. ( Nam quacunque mortales agunt,  
*sive priuatum, sive publicē, calumniae subiacent;* nec  
*divinis operibus maledica lingua parcit, tantum sibi*  
*humanus arrogat intellectus ) præsertim cūm mihi*  
sat fuerit, grati animi obsequium retulisse. Vale  
Kal. Septembris 1617. Antuerpiæ.

Pius 2. His.  
rerum ubi-  
que gesta-  
rum.

## PLATINUS

actus

CEN-

PETRI ANDREÆ  
CANONHERII  
IN  
SEPTEM HIPPOCRATIS  
APHORISMORVM  
LIBROS  
PROLEGOMENA.



NTEQVAM ad interpretandos  
Politice, Moraliter, ac Theolo-  
gicè Hippocratis Aphorismos  
aggrediamur, operæ pretium  
erit, vt faciliùs explicationes  
ab omnibus percipientur, de-  
monstrare, Medicinam & Poli-  
ticam esse forores, vel saltem maximam inter se  
affinitatem habere: Medicum & Politicum eadem  
quodammodo munia sustinere, ac exequi; corpus  
politicum, vthumanum ex materia & forma, ex  
variis diuersisque membris esse conflatum; nasci,  
adolescere, senescere, exolescere, interire; multi-  
plicibus morbis laborare; iuuenilem, senilem, pro-  
uectam, decrepitam, ac aliquando præcipitatam  
degere atatem: certas ac cōstitutas vitæ periodos,

A                    remedias,

PETRI ANDREÆ  
**CANON HER II**  
 IN  
**PRIMVM HIPPOCRATIS**  
**APHORISMORVM LIBRVM**  
 MEDICÆ AC POLITICÆ

INTERPRETATIONES.

I.

*Vita breuis, ars verò longa, occasio præceps, experimentum periculosem, iudicium difficile. Nec verò sat est suum fecisse officium, nisi suum quoque agrotus, suum astantes faciant, sint j; externa rite comparata.*



V E M A D M O D V M Hippocrates Medicis aphorismos conscripsit, quia humanae vitæ, quæ est breuis, & arti medicæ, quæ est longa, accomodi videbantur: facile enim potest aphoristica doctrina memoriae tradī, eaque Medicus instructus tuto, subito, ac certò morbis mederi: sic multi aphoristinos, axiomata, Hypomneses politicas Principibus, aulicis, & administris composuerunt; quia eorum vitæ impatienti varijsque molestiis distractæ consentanei erant; ex ijsque maius emolumentum percipi, facilitiore rerum cognitio, quam ex villa alia doctrina poterat comparari.

Aphoristica  
doctrina est  
Medicis &  
Principibus  
utilissima.

Sicut bonum est cognita & inuenta scribere aphoristicè, scilicet breuiter & utiliter ad Arnolius informationem memoriae: circa compositionem autem aphorismorum debet quilibet obseruare, que competunt ad rem & exemplum, quod est de bene esse, quia de bonitate doctrina. Primum autem est, quod sit sententia vera, vel semper, ut quando est de necessarijs, vel vi plurivium, quando est de contingentibus. Secundum est ut superfluitate careret, & bis consistit integritas aphorismi. Tertium ad manifestationem veritatis eius, & ad doctrinam certitudinem solum est viile, ut causam dicit explicet vel insinuet: sic co-

G g

dem

flagiet. Oportet etiam ut quæ morbū generant, sint stabilia ac permanētia: nam quæ habent continuam ac frequentem mutationem, Politicum iudicium, obscurum reddunt, & in re politica, ut in medica *acutum morborum, non omnino sunt certae prædictiones salutis & mortis*, ob materiæ feritatem & varietatem: feritas nonnunquam latet: varietas Politicis impo-nit. Diversitate enim morbi v. g. belli quidam principes mouentur, qui ante quiescebant. Motus inordinati aliquando sunt ad partes præcipuas improviso, id: excitantur tumultus ac seditiones inopinato aduersus Imper. & ceteros militiæ duces.

Aliorum vero est impossibilis, ut fortuitorum quia tantum prædicti possunt, quæ à publicis morbis, & à Principe, aut Imperatore dependent, quæque in fortuna posita non sunt.

*Sicut neque semere ex uno, aut altero signo est prædicendum, ex Gal. com. in I. Idem lib. 2. c. 2.*  
poterit. cum oporteat ad bene præagiendum omnia bona signa cum malis conferre; etrumque vires diligenter perpendere: malorum siquidem maior est vis, & efficacia ad perniciem: quam bonorum ad salutem. Nam ut eger euadat, omnes facultates ut cumque integras esse oportet: unius tamen laiso insignis non raro satis est ad interficiendum agrum: sic in Politica nō inconsiderate ex uno aut altero indicio est præagiendum, cum necesse sit ad bene prædicendum, omnia mala indica cum bonis comparare, corumq; vires scđulo perpendere: Malorum siquidem publicorum maior est efficacia ad interitum, ac ruinam, quam bonorum ad salutem, & pristinam felicitatem: Nam ut ægra ciuitas euadat, v. g. obfessa ab hostium obsidione libcretur, omnia integra esse est necesse. Sæpe enim ynius rei nempe pulueris tormentarij inopia, aut aliqua magna offensio, satis est ad eam evitendam.

*Finis primi Voluminis.*